Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



31

subiungit; sicut palmes non potest ferre fructum
a semetipso nisi manserit in uite. sic nec uos
nisi in me manseritis; quasi aliis uerbis dicere.
ego sum candelabrum. et uos calami mei; sicut
calamus non potest se erigere ad subportanda lu
cernam nisi fixus manserit in stipite candelabri.
sic nec uos nisi in me manseritis. lucem ueritatis
et fidei in uobis ferre ualetis. In quo nimirum can
delabro quattuor scyphi sunt facti. quia in quat
tuor libris sci euangelii qui de dno sunt conscripti
gustum uini noui hoc est doctrinae caelestis inuenimus;
qui non uetere uetereri. hoc est mentes terrenis adhuc
desideriis inhaerentes. sed tantum innouata per spm
gratiae corda fidelium capere queunt; sunt per sin
gulos scyphos sperulae simul et lilia deformata.
quia idem dnus qui poculum nobis sapientiae spiritalis
propinauit. cursum quoque pro operatione in of
fensum ac promptum et habendum nobis ostendit.
et ut habere possemus ipse donabit. et ne in uacuum
currere mus. dari tamen nobis patriae caelestis
ad quam intenderemus promisit. et huius nobis adi
tum suam gratiam patefecit; uel certe quia sub duo
bus calamis pteria loca scyphi sperulae et lilia
fieri mandantur. possumus haec tria mysteria